UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Eusebiu Tu Pamphilu Ekklēsiastikē Istoria

Eusebius <Caesariensis>

Mogvntiae, 1672

XXXVI. Constantini ad Eusebium epistola de conficiendis sacris Codicibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14478

Visual Library

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΕ΄.

Κωνσταντίνου πρὸς Εὐσέβιον, τὸν τοῦ Πάσχα λόγον ἐπαινοῦντος.

Νικητὴς Κωνσταντῖνος Μέγιστος Σεβαστὸς, Εὐσεβίῳ.

ΤΟ μὲν ἐγχείρημα μέγιστον καὶ πάσης λόγων δυνάμεως κρεῖττον, Χριστοῦ μυστήρια κατ' ἀξίαν εἰπεῖν, τήν τε τοῦ Πάσχα ἀντιλογίαν τε καὶ γένεσιν, λυσιτελῆ τε καὶ ἐπίπονον τελεσιουργίαν, ἑρμηνεῦσαι τὸν προσήκοντα τρόπον· τὸ γὰρ θεῖον, ἀνθρώποις ἀδύνατον κατ' ἀξίαν φράσαι, καὶ τοῖς νοῆσαι δυνατοῖς. πλὴν ὅμως ὑπερθαυμάσας σε τῆς φιλομαθείας τε καὶ φιλοτιμίας, αὐτός τε τὸ βιβλίον ἀνέγνων ἀσμένως, καὶ τοῖς πλείοσιν οἵ γε τῇ περὶ τὸ θεῖον λατρείᾳ γνησίως προσανέχουσι, καθὰ ἐβουλήθης ἐκδοθῆναι προστέταχα. συνορῶν τοίνυν μεθ' ὅσης θυμηδίας τὰ τοιαῦτα παρὰ τῆς σῆς ἀγχινοίας δῶρα λαμβάνομεν, συνεχεστέροις ἡμᾶς λόγοις εὐφραίνειν, οἷς ἀνατετράφθαι σαυτὸν ὁμολογεῖς, προθυμήθητι. θέοντα γάρ σε τοῦ λόγου πρὸς τὰ συνήθη σπουδάσματα παρορμῶμεν· ὅπου γε καὶ τὸν εἰς τὴν Ῥωμαίων τοὺς σοὺς πόνους μεταρυθμίζοντα γλῶτταν, οὐκ ἀνάξιον ηὑρῆσθαί σοι τῶν συγγραμμάτων, ἡ τοσαύτη πεποίθησις δείκνυσιν. εἰ καὶ τὰ μάλιστα τῶν καλῶν ἔργων ἡ τοιαύτη ἑρμηνεία ὑφίστασθαι κατ' ἀξίαν, ἀδυνάτως ἔχει. ὁ Θεός σε διαφυλάξοι ἀδελφὲ ἀγαπητέ. τὸ μὲν (οὖν) περὶ τοῦδε γράμμα, τοιόνδε ἦν· τὸ δὲ περὶ τῆς τῶν θείων ἀναγνωσμάτων ἐπισκευῆς, ὧδέ πῃ περιέχει.

Caput XXXV.

Epiſtola Conſtantini ad Euſebium, in qua orationem ejus de Paſcha laudat.

Victor Conſtantinus Maximus Auguſtus, Euſebio.

ARduum opus profecto eſt, & quod omnem dicendi vim ſuperet, Chriſti myſteria pro dignitate explicare, & controverſiam de Paſcha, ejusq; originem, & plenam laboris atque utilitatis conſummationem decenter exponere. Nam res divinas ne ipſi quidem pro merito enarrare ſufficiunt, qui eas cogitatione aſſequi valent. Verumtamen eximiam tuam doctrinam & ſtudii contentionem equidem ſupra modum admiratus ſum; legique librum tuum perlibenter; utque in multorum qui divinæ religionis obſervantiam ſincerè profitentur, manus ac notitiam perveniret, quemadmodum optaveras, mandavi. Cùm igitur intelligas, quantâ cum voluptate hujuſmodi munera à ſolertia tua nobis oblata ſuſcipimus, cura ut frequentioribus poſthac ſermonibus, quibus te innutritum eſſe profiteris, animum noſtrum exhilares. Te verò currentem quod ajunt, ad conſueta ſtudia incitamus. Quippe cùm non indignum operum tuorum interpretem qui ea in Latinum ſermonem transferat, nactum te eſſe, tanta hæc fiducia ſatis oſtendat. Quamquam ejuſmodi interpretatio, tam præclarorum operum dignitatem conſequi nullo modo poteſt. Divinitas te ſervet frater cariſſime. Et hæc quidem hac de re ejus fuit epiſtola. De parandis autem divinis Codicibus ad Eccleſiaſticas lectiones, ejuſmodi literæ fuerunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Λϛ΄.

Κωνσταντίνου πρὸς Εὐσέβιον περὶ κατασκευῆς θείων βιβλίων.

Νικητὴς Κωνσταντῖνος Μέγιστος Σεβαστὸς, Εὐσεβίῳ.

ΚΑτὰ τὴν ἐπώνυμον ἡμῖν πόλιν, τῆς τοῦ Σωτῆρος Θεοῦ συναιρομένης προνοίας, μέγιστον πλῆθος ἀνθρώπων τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ ἀνατέθεικεν ἑαυτὸ. ὡς πάντων ἐκεῖσε πολλὴν λαμβανόντων αὔξησιν, σφόδρα ἄξιον καταφαίνεσθαι, καὶ ἐκκλησίας ἐν αὐτῇ κατασκευασθῆναι πλείους. τοιγάρ τοι δέδεξο προθυμότατα τὸ δόξαν τῇ ἡμετέρᾳ προαιρέσει. πρέπον

Caput XXXVI.

Conſtantini ad Euſebium Epiſtola de conficiendis ſacris Codicibus.

Victor Conſtantinus Maximus Auguſtus, Euſebio.

IN ea urbe quæ à nobis nomen ſortita eſt, divinâ Servatoris noſtri adjuvante providentiâ, maxima hominum multitudo ad ſanctiſſimam Eccleſiam ſeſe adjunxit. Itaq; cùm cuncta illic maximum incrementum capiant, conſentaneum inprimis videtur, ut plures quoq; in ea conſtruantur Eccleſiæ. Accipe igitur libenti animo id quod facere decrevi. Viſum eſt enim id ſignificare pru-

dentiæ tuæ, ut quinquaginta Codices divinarum Scripturarum, quarum apparatum & uſum maximè neceſſarium Eccleſiæ eſſe intelligis, in membranis probè apparatis, ab artificibus antiquariis venuſtè ſcribendi peritiſſimis deſcribi facias; qui & legi facilè, & ad omnem uſum circumferri poſſint. Literæ porrò à noſtra clementia miſſæ ſunt ad Rationalem Diœceſis, ut cuncta ad eorum Codicum confectionem neceſſaria præberi curet. Tuæ erit diligentiæ, ut ſcripti Codices quantocius apparentur. Ceterùm duorum publicorum vehiculorum uſum auctoritate hujus epiſtolæ accipies. Sic enim quæ eleganter deſcripta ſunt, ad conſpectum noſtrum commodiſſimè perferentur: uno ſcilicet ex Eccleſiæ tuæ Diaconis id miniſterium obeunte. Qui quidem ubi ad nos pervenerit, humanitatis noſtræ experimentum capiet. Divinitas te ſervet frater cariſſime.

Caput XXXVII.

Quomodo confecti fuerint Codices.

ET hæc quidem Imperator præcepit. Ceterùm ejus dicta continuò opus ipſum excepit, cùm nos in Voluminibus magnificè exornatis terniones & quaterniones ad eum miſiſſemus. quod ipſum altera Imperatoris reſponſio teſtabitur; in qua, cùm forte ei nuntiatum fuiſſet urbem apud nos Conſtantiam, quæ antea ſimulacrorum cultui addicta fuerat, impetu quodam ſacroſanctæ religionis impulſam, priſtinum ſuperſtitionis errorem abjeciſſe, gaudere ſe & factum magnopere probare ſignificavit.

Caput XXXVIII.

Quomodo Emporium Gazæorum, ob Chriſtianiſmum urbs facta eſt & Conſtantia cognominata.

IAmtum ſiquidem in Palæſtina urbs Conſtantia ſalutarem religionem amplexa, tum à Deo tum ab Imperatore ſummi honoris prærogativâ decorabatur. Nam & civitatis nomen accepit, cùm antea vicus eſſet; & priſtinum nomen cum præſtantiore vocabulo, religioſiſſimæ videlicet ſororis Principis, commutavit.

A γὰρ κατεφάνη, τὸ δηλῶσαι τῇ σῇ συνέσει, ὅπως ἂν πεντήκοντα σωμάτια ἐν διφθέραις ἐγκατασκεύοις, εὐανάγνωστά τε καὶ πρὸς τὴν χρῆσιν εὐμετακόμιστα, ὑπὸ τεχνιτῶν καλλιγράφων καὶ ἀκριβῶς τὴν τέχνην ἐπισταμένων γραφῆναι κελεύσειας. τῶν θείων δηλαδὴ γραφῶν, ὧν μάλιστα τήν τ' ἐπισκευὴν καὶ τὴν χρῆσιν, τῷ τῆς ἐκκλησίας λόγῳ ἀναγκαίαν εἶναι γινώσκεις. ἀπεστάλη δὲ γράμματα παρὰ τῆς ἡμετέρας ἡμερότητος πρὸς τὸν τῆς διοικήσεως καθολικὸν, ὅπως ἅπαντα τὰ πρὸς ἐπισκευὴν αὐτῶν ἐπιτήδεια παρασχεῖν φροντίσειεν. ὅπως γὰρ
B ὡς τάχιστα τὰ γραφέντα σωμάτια κατασκευασθείη, τῆς σῆς ἐπιμελείας ἔργον τοῦτο γενήσεται. καὶ γὰρ δύο δημοσίων ὀχημάτων ἐξουσίαν εἰς διακομιδὴν, ἐκ τῆς αὐθεντίας τοῦ γράμματος ἡμῶν τούτου λαβεῖν σε προσήκει. οὕτω γὰρ μάλιστα τὰ καλῶς γραφέντα, καὶ μέχρι τῶν ἡμετέρων ὄψεων ῥᾷστα διακομισθήσεται, ἑνὸς δηλαδὴ τοῦτο πληροῦντος τῶν ἐκ τῆς σῆς ἐκκλησίας διακόνων· ὃς ἐπειδὰν ἀφίκηται πρὸς ἡμᾶς, τῆς ἡμετέρας πειραθήσεται φιλανθρωπίας. ὁ Θεός σε διαφυλάξοι ἀδελφὲ ἀγαπητέ.

C

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΖ.

Ὅπως αἱ βίβλοι κατεσκευάσθησαν.

ΤΑῦτα μὲν οὖν βασιλεὺς διεκελεύετο· αὐτίκα δ' ἔργον ἐπηκολούθει τῷ λόγῳ, ἐν πολυτελῶς ἠσκημένοις τεύχεσι τρισσὰ καὶ τετρασσὰ διαπεμψάντων ἡμῶν· ὃ δὴ κα[illegible] βασιλέως ἑτέρα ἀντιφώνησις παρίστησιν, ἐν ᾗ πυθόμενος ὡς ἡ παρ' ἡμῖν Κωνσταντιέων πόλις, ἀνδρῶν ἐκτόπως δεισιδαιμόνων ἐσπουδασμένη πρότερον, ὁρμῇ θεοσεβείας τῆς ἔμπροσθεν μεταβέβληκεν εἰδωλικῆς πλάνης, χαίρειν ἐδήλου τήν τε πρᾶξιν ἀποδέχεσθαι.

D

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΗ.

Ὅπως τὸ Γαζαίων ἐμπόριον, διὰ τὸν χριστιανισμὸν πόλις Κωνστάντεια προσηγορεύθη.

ΗΔη μὲν οὖν ἐπὶ τοῦ Παλαιστινῶν ἔθνους Κωνστάντεια τὴν σωτήριον ἐπιγραψαμένη θεοσέβειαν, καὶ παρ' αὐτῷ Θεῷ, καὶ βασιλεῖ τιμῆς κρείττονος ἠξιοῦτο. πόλις ἀποφανεῖσα ὃ μὴ πρότερον ἦν. ἀμείψασα δὲ τὴν προσηγορίαν, ἐπωνύμῳ κρείττονι θεοσεβοῦς ἀδελφῆς βασιλέως.

ΚΕΦ